Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars I.

Wien, 1799 Seite 769

Quelle:
Copyright:



| Editio. | Codex. |
|---|---|
| Prooem. *collatrent crimine claros.* | *concludant carmine curas.* |
| C. I. *capitis cervici calva corona.* | *calvi capitis cervice corona.* |
| *contemnat cuncta.* | *contemnens cuncta.* |
| C. II. *claro clamore.* | *celso clamore.* |
| *Continuantque choros.* | *Continuantque choro.* |
| *classica clangent.* | *classica clangunt.* |
| C. III. *cedunt consulta.* | *condunt consulta.* |
| C. VI. *Cum calvis cirroſe.* | *Corde cavus cirroſe.* |
| *coetum curavit.* | *Cetera curuauit.* |
| C. VII. *conſpergere calvos.* | *conſpergere caluo.* |
| C. VIII. *Calcentur coeno calcando culmina.* | *Calcetur ceno calcanda calumnia.* |
| *Clariſonum calvum.* | *Clariuidum calvum.* |
| C. IX. *Circumfulgente chariſmata.* | *Circumfulgente chariſmate.* |
| *Cuſpide, conto.* | *cuſpide conti.* |
| C. X. *calvos cantate choreis.* | *calvo celebrate choreas.* |
| *confindit cirros.* | *confundit cirros.* |
| C. XI. *corradere calvos.* | *corrodere calvos.* |
| C. XII. *comprendito cinctum.* | *comprendito ciclum.* |
| *cognoſcite centrum.* | *cognoſcito centrum.* |

Praeterea ubicunque *Barthius* legit *Cerritus*, reponendum putem *Ciritus* vel *Cirratus* Calvi ἀντιθετον.

VI. *fol.* 42. *Luciani opuſculum per auriſpam a greco in latinum translatum.* Ita prima manus minio, ſed recentior *Rinucium Auriſpae* impoſuit. Agitur autem de Dialogo Χαρωνος και Ἑρμου και Νεκρων διαφορων, qui inter Dialogos *Mortuorum* in edit. *Reitz. Amſt.* 1743. T. I. p. 363. numero *Decimus* eſt, probe diſtinguendus a *Quarto* Ἑρμου και Χαρωνος, quem et ipſum a ſe latine redditum *Alam. Rhinuccius Florent. Johanni* Card. *Morinenſi* dicavit, *Ang. M. Bandinius* T. III. *Codd. lat. Bibl. Med. Laurent. col.* 266. mſptum refert, *Andr.* vero *Cratander* et *Servat. Cruſtanus Baſileae* 1518. 4. impreſſum dedere. Jam vero *Decimum* noſtrum et *Joh. Auriſpa Siculus*, et *Rinutius* vertiſſe dicuntur, proſtantque Verſiones ambae apud *Bandinium* mox *cit.* T. III. *col.* 634. et 653. Interpretum nomine inſignitae, prior quidem abſque Prologo, altera eodem Prologo, quem et Codex noſter exhibet, inſtructa. Atque utinam ex iſthoc Prologo diſceremus, ad quem directus fuerit! Video quidem *Cod.* CCCCXCVIII. *Bibl. Lat. D. Marci, Venet.* 1741. p. 202. citari Verſionem *Rinuccii Dialogi Luciani Charontis et Mercurii* ad *Franc. Bonacurſium*, ſed nihil ultra. Praeterea initia et fines utriusque Verſionis, quantum inde ad-